

simis muneribus , dignitatibus , proven-
tibus exornavit : Græcorum quippe ,
quorum Cardinalis suscepereat patroci-
nium , ac Pontifex Maximus retinere
se professus est , ad extremum diem
studiosissimus vixit .

Hæc amantissimi beneficentissimi-
que Patrui Tui , EMINENTISSIME PRIN-
CEPS , magni , inquam , illius CLEMEN-
TIS , in universam Christianam & Li-
terariam Rempublicam merita , idcirco
enarranda hic mihi fuere , quod optime
intelligerem , quidquid laudis Catholi-
cus orbis , & eruditii probique Viri , tan-
to Pontifici rependerent , ad Te ipsum
merito redundare , qui & ejusdem es ex
germano fratre Nepos , & rerum in-
præclaro illo Pontificatu gestarum , una
cum fratre tuo Cardinali HANNIBALE ,
non spectator tantum , sed etiam adju-
tor fuisti . Ad Tuas autem peculiares
laudes accedit , quod , literariæ rei ju-
vandæ quo ab ineunte ætate flagrasti
studio , quidquid erudita Antiquitas in
num-